3

1BA67

Liber Pontificalis

d'après l'édition de l'abbé Duchesne.

textes, notes et références

Marcellinus (296-304)

...... Et exinde Marcellus presbyter collegit nocte corpora cum presbyteris et diaconibus cum hymnis et sepelivit in via Salaria, in cymeterio Priscillae ......

Lib. Pont. ed. Duchesne I. p. 162.

Marcellus (308-309).

..... Matrona quaedam, nomine Lucina ..... suscepit beatum virum; quae domum suam nomine beati Marcelli titulum dedicavit, ubi die noctuque hymnis et orationibus domino Iesu Christo confitebatur ....

Lib. Pont. ed. Duchesne I. p. 164

Damasus (366 - 384)

I .... Hic constituit ut psalmos die noctuque canerentur per omnes ecclesias, qui hoc praecepit presbiteris vel episcopis aut monasteriis ...

Lib. Pontif. éd. Duchesne. I. p. 213.

Note. Le décret sur le chant des psaumes a tous les caractères d'une interpolation ; il manque aux abrégés de la première édition ; il occupe une place insolite entre les ordinations et les sépultures ; enfin, il contredit la notice de Célestin qui attribue formellement à ce pape l'introduction de la psalmodie dans l'office liturgique. On discerne aisément la raison de cette retouche : c'est le souvenir de la correction du psautier exécutée par St Jérome à la demande du pape Damase et plus précisément, c'est l'influence des deux épîtres apocryphes, soi disant échangées entre Damase et Jérome. (Introd. p. XXXIV) cf. Migne. Patr. lat. t. XIII, p. 440, t. XXX, p. 294.

Zacharias. (741-752)

.... Qui sanctissimus papa omnino satisfactus, ilico adgregato huius Romane urbis populo, cum hymnis et canticis spiritalibus in venerabili diaconia eius nomini sitam in hac Romana civitate, regione secunda, ad Velum aureum, illud deduci fecit, ubi immensa miracula et beneficia omnipotens Deus ad laudem nominis sui per eundem sacratissimum martyrem operare dignatur.

Lib. Pontif. ed. Duchesne. I. p. 434.

Stephanus II (752-757)

XXVI. Tunc predictus almificus vir cum omnibus suis extensa voce gloriam et incessabiles laudes omnipotenti Deo referens, cum hymnis et canticis spiritalibus usque ad prefatum palatium pariter cum jam dicto rege profecti sunt, sexta ianuarii mensis die, in Apparitionis Domini Dei et salvatoris nostri Jesu Christi sacratissima solemnitate....

Lib. Pont. ed. Duchesne. I. p. 447

Paulus (757-767)

V. Hic enim beatissimus pontifex cum omnibus spiritalibus suis studiis magnam sollicitudinis curam erga sanctorum cymeteria indesinenter gerebat; unde cernens plurima eorundem sanctorum cymeteriorum loca neglecta ac desidia antiquitatis maxima demolitione atque iam vicina ruine posita, protinus eadem sanctorum corpora de ipsis dirutis abstulit cymeteriis. Quae cum hymnis et canticis spiritalibus infra hanc civitatem Romanam introducens, alia eorum per titulos ac diaconias seu monasteria et reliquas ecclesias cum condecenti studuit recondi honore.

Lib. Pont. ed. Duchesne. I. p. 464.

Stephanus III. (768-772)

XXIV. Expletis vero omnibus quae in eodem concilio promulganda erant, tunc hisdem beatissimus pontifex aggregans universos sacerdotes atque clerum et cunctum populum, profecti sunt ad beatum Petrum principem apostolorum, cum hymnis et canticis spiritalibus, nudis pedibus incedentes.

Lib. Pontif. éd. Duchesne. I. p. 477

Leo III. (795-816)

XLIII. Ipse vero a Deo protectus et praeclarus pontifex constituit ut ante tres dies Ascensionis dominicae laetanias celebrarentur, scilicet feria secunda, egrediente pontifice cum omni clero et cuncto populo, cum hymnis et canticis spiritalibus, ab ecclesia beatae Dei genetricis ad Praesepem, pergant ad ecclesiam Salvatoris, quae appellatur Constantiniana.

Lib. Pontif. ed. Duchesne. II. p. 12.

Sergius II. (844-847)

..... magno cum honore magnaque populi caterva amplisque resonantibus laudibus, cum hymnis et canticis spiritalibus, in patriarchium Lateranense electus atque perductus est.

Lib. Pontif. II. p. 87.

Leo IV. (847-855)

XII. Hic quidem insignis et pius antistes in basilica beati Pauli apostoli, superno fretus amore, vespertinas publice a cuncto clero et scole constituit die natalis eius psallere laudes.

Lib. Pontif. ed. Duchesne. II. p. 108.

Leo IV. (847-855)

Dum haec agebantur, praeclarus et celeberrimus dies advenit in quo beatae Dei genetricis semperque virginis Mariae Adsumptio celebratur; tunc prefatus et universalis papa a patriarchio cum hymnis et canticis spiritalibus sancta praecedentes icona, ad basilicam sancti Adriani martyris, sicut mos est, propriis pedibus cum clero perrexit

Lib. Pontif. ed. Duchesne. t. II. p. 110.

LI. Et antequam haec fierent, usque ad praefatam ecclesiam, cum hymnis et letanias canticisque praecipuis, simul cum ipsis Neapolitanis, Christo auxiliante, profectus est.

id. p. 118.

LXXII. Tunc demum .... ut praedicta civitas ... ut perpetualiter firma ac roborata consisteret ... iussit ut omnes ... post letanias et psalterium decantatum, cum hymnis et canticis spiritalibus per totum murorum ambitum, nudis pedibus, cinerem portantes in capite, circuirent.

id. p. 124.

Benedictus III. (855-858)

IV. Illi vero nullatenus adquieverunt, sed virtutibus eum ex eodem titulo abstrahentes cum ymnis et canticis spiritalibus, ampla exultatione et ineffabili gaudio in patriarchio Lateranensi perducentes, pontificali solio, ut mos est pontificum canaque consuetudo demonstrat, posuerunt.

Lib. Pontif. ed. Duchesne. II p. 140.

XII. Subito vero omnes episcopi universusque clerus atque innumera Romani populi multitudo ex eadem eum deducentes basilicam, cum ymnis et canticis spiritalibus, patriarchium Lateranensem introduxerunt, et pontificali solio de quo eiectus fuerat posuerunt.

ib. p. 144.

Nicolaus (858-867.)

VII Qui deinde optimatum populique agminibus cum hymnis et canticis spiritalibus in patriarchio iterum Lateranense perductus est

Lib. Pontif. éd. Duchesne. II. p. 152.